



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies
Meditationibvs illustratæ**

Paderbornæ, 1697

S. Stephanvs Episcopvs Confessor. 7. Septembris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62968)

hac bonitate fretus parum Christianam vitam vivis?
Ad nemo idcirco deterior sit, quia Deus melior est; toties delinquendo, quoties ignoscit. Tertull.

3. Flerique sanctorum vitam durissimam egerunt, & tamen morte imminente tremuerunt, tu verò nihil times? unde hoc? non ex fortitudine, sed ex modica fide. *Formido exire inquit Bernardus, & in ipso portus ingressu contremisco, dum non confido propè existere qui excipiat exeuntem.*

S. STEPHANVS EPISCO- PVS CONFESSOR.

7. Septembris.

Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in illo. Joan. 7.

ASpera & inculta terrarum habitare D. Brunonem ajunt. Viridaria rectiùs dicerent, quæ tam nobiles nobis flosculos submitunt. Atque hem tibi ex his STEPHANUM Lugduni Galliarum nobili Familiâ satum! Hic vitæ reliquæ in ipsis cunis bullaque præludens, quem diem patienti Christo dicamus, materni lactis abstinentiâ sanctum habuit. Amorem suum Christum sub pane latentem quoties contemplatus fuit, putasses æstu ab-

L 3

su-

sumendum, nisi lacrymis, quibus diffu-
 bat, hunc temperâset, dixisses Crucifixo
 immortuum, nisi vitam suspiria prodid-
 sent; denique existimâsses cœlo precaban-
 dum interesse, nisi hoc descendere ad STRA-
 PHANUM vidisses, Angelo misso. Jam tem-
 pestates fugatas, desperabundos cœlo, ægro
 sanitati, mortuos vitæ redditos taceo, unum
 idque utile juventæ, quod Pontifex jam Die-
 sis edidit, facinus narrabo. Dixerat graviter
 in omnia vitia, illud præsertim, quo festo
 Divorum dies aleis, choreis & id genus ludis
 cris vulgus amat profanare. Cùm aures nec
 quicquam diu pulsasset, dæmoni denique
 malo, qui ad eas nugas impellere animas ad-
 solet, pro concione imperavit, positâ larvâ
 palàm sese ostenderet. Enimverò paruit tam
 horribilis, ut jam Magistri sui puderet in lu-
 dos discipulos, facileque cum illo etiam hunc
 damnarent. Sed, ô superi, invenit hodie
 iterum discipulos pessimus Doctor. Juvat
 chartas minimè doctâ pictas manu crepare,
 juvat aleam (vel salutis) jacere; juvat terram
 plaudere, & ne serò pereamus, ad Orcum non
 jam imus; currimus, saltamus. *Ex SUR.*

MEDITATIO.

De frequenti usu Eucharistia:

S. STE.

Stephanus non alium habuit amorem in terris, quam Jesum pendentem in cruce & latentem in Eucharistia. In hoc Sacramento est Deus totius consolationis spem confirmat, cum sit pignus divini amoris & immortalitatis. Perficit Charitatem in Deum & proximum: quomodo enim fieri potest, ut non ames amantissimum Jesum, qui propter tuum amorem totum se tibi dedit? & quomodo fieri posset, ut non diligeres proximum, tecum cœlesti pabulo toties saturatum:

2. Quotiescunque accipis hoc Sacramentum, toties copiosâ gratiâ donaris: adde quod pro ratione pietatis & præparationis tuæ singularibus etiam gratis cumularis. Mirum quantum valet hic Angelorum cibus, hoc vinum germinans Virgines, ad coërcendas carnis cupiditates. *Qui amat hanc carnem, non erit amicus sue carnis.*

3. Accede ad sacrum convivium: si in Jesum sit amor remissior, accendetur sumptione Sacramenti: fons enim est amoris ac pietatis. Nihil est quod timeas ne familiaritas generet contemptum. Nam novam semper in suavissimo Jesu deprehendes pulchritudinem, ideoque magis ac magis ejus amore deflagrabis: Adde quod animi rectè præparati *Omnia hoc remedio morbus extinguitur.* Chrylost.

NATIVITAS B. M. V.

8 Septembris.

*Beatus Venter qui te portavit &
Ubera qua suxisti. Luc. ii. Po-*